Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Hensler Valentinus Kläden a

**Clavis Iuris Iustinianei : Disquisitio ...**

**I.**

[Frankfurt, Oder]: Eichorn, 1615

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75743441X**

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn75743441X/phys_0001
DFG

Kr.K.–2 (168.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75743441X/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75743441X/phys_0004
DFG

# CLAVIS JVRIS JVSTINIANEI

## DISQVISITIO I.

*Quam*

DEO TER. OPT. MAX.

Duce

*Ex Conſenſu & Autoritate*

*Nobiliſsimi ampliſsimiq; Iuriſconſultorum in alma Viadrina ordinis,*

PRÆSIDE

JOHANNE HENSLERO

*Nobiliſsimis, præſtantiſsimis ſuis Dominis Collegis privatim diſcutiendam proponit*

VALENTINUS à KLÄDEN

Eques March.

*Die 15. Novembr. Anno* M. DC. XV.

Loco, horiſque ſolitis

Typis JOANNIS EICHORN.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75743441X/phys_0005
DFG

*VIRO*

*Magnifico, ſtrenuitate, majorum imaginibus, Eruditione virtuteq́ſ ſingulari nobiliſsimo.*

N. THOMÆ à KNISEBECK, Illuſtriſsimi Electoris Brandenburgici Conſiliario. Veteris Marchiæ Præſidi ac Hæreditario in Tylſen,

*Mæcenati ac Patrono aviternum ſuſpiciendo, colendo,*

NEC NON

*Nobiliſsimis, ſtrenuis, multoq́ rerum civilium uſu & experientia præſtantiſsimis,*

JOHANNI ab HORNHAUSEN Hæreditario in Hornhauſen vnd Oſcherſchleben.

JOACHIMO ab RINDTORFF, Hæreditario auff Pariß-Hoff vnd Wendmarck.

*Cognatis ac Fautoribus meis ſummè obſervandis,*

Haſce Academicorum Studiorum primitias in debitæ obſervantiæ & obſequij teſtimonium inſcribo

Reſpondens.

# Epimetra Politica.

I.

An ſine politices ſcientia JCtus perfectus quis habendus? N.

II.

An imperia ex vi, metu, fraude, fallaciis originem trahant? N.

III

An in ſtatu innocentiæ futura fuiſſet Reſp? A.

IV.

An arces, caſtella, turres, chataractæ, aliaque propugnacula probanda? A.

V.

An Aſylorum etiamnum ratio habenda? A.

VI.

An locus ſepulturæ in urbe conſtituendus? N.

VII.

An peregrini indiſtinctè in civitatem recipiendi? N.

IIX.

An imperium noſtrum ſit monarchicum? A.

IX.

An Venetorum & Genuenſium Dux cum Principibus noſtris comparandus? N.

an



Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn75743441X/phys_0007 DFG

X.

An Baronatus inter feuda Regalia numerandi? A.

XI.

An literatus militi præferendus? A

XII.

An ſortilegia in Republ. permittenda? N.

XIII.

An Judæi inter Chriſtianos ferendi? A.

XIV.

An collegium autoritate ſuperioris ob delictum deſtructum & everſum amittat ſua privilegia? A.

## CLAVIS
# Juris Juſtinianei.

*Diſquiſitio I.*

## Reſpondente VALENTINO à KLÖDEN EQ: MARCH:

*Prœmium de confirmatione inſtitutionum.*

*Ad ampliſſimi vaſtiſſimiq; Iuris penetralia properantibus clave opus eſſe animadvertens Iuſtinianus, cõſcribi curavit quatuor libros Inſtitutionũ* (ſeu inſtitutorũ Dd: com. hic contra Vallam) *qui dividi poſſunt in*

- *Prooœmium cuius tria ſunt mẽbra.*
  1. *eius propoſiti finis & ſumma: quæ eſt, quod hæ inſtitutones tam in foro & praxi quam in Scholis & diſputationibus vim legis naturalis & poſitivæ habeant, perq; eas liceat decidere omnes omnino controverſias & dubia: & ut ſummatim dicam, eam habeant vim, quam habent cætera ff. c. & N. jura & ll.* §. 6. h. procœm.
  2. *eius explanatio ab officio Principis:* in pr. Procœm. *ubi dicitur, quod imperatoria majeſtas non ſolũ armis decorata, ſed & legibus armata eſſe debeat. Et talem fuiſſe imp. noſtrum Iuſtinianũ probant*
     - *tum bellica eius facinora & ſudores cum barbaricis gentibus.* § 1, procœm.
     - *tum leges tam ab eo promulgatæ quã compoſitæ d.* §. 1. *cõpoſuit autem*
       1. *Codicem quendam, quem interpp. noſtri antiquum & priorem vocant; amplius tamen non extat. Is collectus erat ex ſacratiſſimis conſtitutionibus anteà confuſis.* §. 2. procœm. *id eſt, ex* Codice Gregoriano, Theodoſiano *&* Hermogeniano anno Chriſti 529. Imperij Iuſtiniani 2, editus anno ſeq, VII. Cal. April. l. un. C. de Iuſtin. C. confirm.
       2. *Digeſta ſeu pandectas, quæ ex immenſis veteris prudentiæ voluminibus* d. §. 2. anno Chriſti 530. imperij Iuſtin. 4. componi cæptæ, anno 7. abſolutæ & editæ ſunt 17. Calend. Ian.
       3. *Inſtitutiones, quarũ conſideranda*
          1. *compoſitio, quæ eſt facta & edita ex juſſu & ſvaſione Iuſtiniani per Tribonianũ, Theophilum & Dorotheum* anno Chriſti 533. Imperij Iuſtin. 4. 11. Calend. Decemb. *& quidem ideo ut prima legum ſint incunabula, & generalem univerſi juris materiam exponant.* § 3. h. procœm.
          2. *Diviſio in quatuor libros.* §. 4. eod.
          3. *Forma ſeu contentum: quod nempe breviter jus antiquum correctum enarrent, uſitatum doceant.* §. 5. eod.
          4. *materia: ſunt variæ antiquorum inſtitutiones & Commentaria, unde collectæ noſtræ ſunt* §. 5. eod.
       4. *Codicem, qui ex ante dicto antiquo c. aliiſque novis Iuſtiniani conſtitutionibus collectus* & anno Chriſti 534. Imperij Juſtin. 8. 16. Calend. decemb. edit⁹ eſt l. un. C. de emẽd. Cod *& ideo dicitur repetitæ lectionis Codex, eoq; etiãnũ utimur.*
       5. Novellas, *quas tanquam juris ſui colophonem* ab anno Chriſti 535. imperij ſui 9. uſq; ad mortem *Iuſtinianus edidit.*
  3. *epilogus continens adhortationem ad ſtudium juris seriò, non ſimulatè aut frigidè capeſſendum, cum annexa promiſſione honoris & emolumenti ex laboribus illis venturi, quod eſt* GVBERNATIO REIPVB. *quæ verus legalis ſcientiæ ſcopus ac finis eſt* § fi. d. procœm.
- *Tractationem ipſam, de qua pag. ſeq.*

*Hæc juris Iuſtinianei diverſa cõpoſitio, editio & emendatio ſtudioſè notanda ideo, ut ſi in diverſis juris voluminibus occurrant duo textus, adeò inter ſe pugnantes, ut verâ indagine rationis & ſubtili animo cõciliari & explicari nequeant, ſciat juris ſtudioſus, quinam tempore poſterior ſit. Is enim obſervãdus.* l. f. ff. de conſt. princip.

# De Juſtitia & Jure.

J*uſtitiam Tribonianus præpoſuit ideo, quia ab ea* jus derivatur l. 1. in pr. ff. h. t. *ponitur autem hic juris vocabulum, pro arte ſeu jurisprudentia. unde* rubrum nigro ſuo latius nõ eſt, *ut gloſſator tradidit.*

**Tractatio fit per explicationem**

**principiorum, qualia ſunt**

*Juſtitia, fons cauſa & origo juris, quæ difinitur conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi* pr. h. t. *Dicitur voluntas metonymicè pro habitu animi volentis & incitati ad agendum quod ei recta præſcripſit ratio. unde patet, quod illa non ſit:*

- univerſalis ſed particularis
- non divina ſed humana
- non abſtracta ſed concreta.

**juris prudentia.**

1. *eſt divinarum* (quatenus ſcil. ſub rationem juſti atque injuſti cadunt, non quatenus in Theologia conſiderantur) *atq; humanarum notitia, juſti atq; injuſti ſcientia.* §. 1. h. t. *Brevius,* eodem tamen ſenſu in l. 1. ff. eod. *dicitur ars æqui & boni.*
2. *Doceri & diſci commodius non poteſt, quam primò levi ac ſimplici via ſingula percurrantur, poſtea diligentiſſima atq; exactiſſima interpretatione excutiantur.* §. 3. h. t.
3. *Habet* præcepta generalia tria inter ſe diſtincta & diverſa §. 3. h. t.
   1. Honeſtè vivere. *Reſpicit hominem abſolutè conſideratum, & reverentiam, caſtitatem & pudorem præcipit, libidinem coërcet, ſicq; jubet inſtituere actiones ut rectæ rationi ſint conformes, & conveniant honeſtati.*
   2. Neminem lædere. *Reſpicit hominẽ relatè erga alios conſideratum & verſatur circa perſonam, corpus & exiſtimationem, frænatq; iram, læſionem aliorum prohibet, fraudibus dolis atq; delictis occurrit.*
   3. Suum cuiq; tribuere. *reſpicit res, fortunas, commercia, honores, dignitates proximi.*
4. *Dividitur in duas ſpecies. jus nempe*
   - *publicum, quòd ad ſtatum Rei Romanæ (id eſt Reip.) ſpectat, & in ſacris, ſacerdotibus & magiſtratibus conſiſtit.* §. fin. h. t.
   - *Privatum quod ad ſingulorum utilitatem pertinet* principaliter & qualibet ſui parte d. §. fin.

   *de. huius collectione vide tab. ſeq.*

*Objectorum* trium partialiũ quæ in §. in de jur. n. g. c. *nominantur*

- *perſonæ, de his à tit. 3. h. lib.*
- *res. de his lib. 2. 3. & pr. 4.*
- *actiones. de his à tit. 6. l. 4.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75743441X/phys_0010
DFG

naturale, quod natura omnia animalia docuit. cuius definitionis mens non eſt, quod brutis juris ſit communio: ob l. 1. §. 3. ff. ſi quad. paup. fec. dic. Sed quod iſte inſtinctus naturalis in appetitiva animæ potentia, qui hominibus ac beſtiis eſt communis, quiq; ab homine rectâ ratione ductus pro jure cenſeri inter homines debet ac poteſt, in homine dicatur jus naturale. Talis inſtinctus ſunt, liberorum procreatio, procreatorum educatio, maris & fœminæ coniunctio etc. pr. h. t.

privatum jus Romanorum colligitur ex ſuis principiis, quæ ſunt præcepta; naturalia, gentium, civilia § fin. 5. d. juſt. & jur. hinc jus aliud dicitur

gentium, quo omnes gentes utuntur. § 1. h. t. vel quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit. l. omnes 9. de I. & I. idq; vel

per ſe, abſque ſociali vita, ex ſolius naturæ inſtinctu. Quod ius Paulus ad Rom 1. & 2. vocat legem, quæ cordibus noſtris inſcripta & nobiſcum nata eſt, continetque diſcrimen honeſtorum & turpium. Exempla ſunt in l. 2. de I. & I. religio, pietas in parentem, in patriam. Dd. quidam vocant jus naturale primarium, quidam jusq. ſimplex, rationis, primarium, antiquum.

Per diſcurſum politicum & ratiocinationem, uſu ſic exigente & humanis neceſſitatibus, poſtquam ſcil. homines jam ſocietatem inierant, efflagitantibus. Dd. vocant Simpliciter jusq. quidam jusq. novum, quidam ſecundarium. eius exempla ſunt diſtinctiones dominiorum, legitima bella, ſervitutes &c. contractus fere omnes §. 2. h. t.

excipiuntur

1. ſtipulatio. arg l. 1. ff. locat. l. 14. in fin. ff. de novat. l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus 2. de V. O. §. de conſtituta 10. j. de act.
2. literarum obligatio j. tit. de lit. oblig.
3. Emphyteuſis §. adeo, ibi, ſed talis 1. de locat. cond. l. 1. C. de jur. Emphyt. ubi Scriptura requiritur cum contractus jurisq. non requirant ſcripturam. l. 4 ff. de pign. & hyp. l. 4 ff. de fid. inſtr.

Civile, quæ tamen vox ſumitur

1. generaliſſime, tam pro jure naturali, gentiumque approbato, quam pro jure civili propriè ſic dicto.
2. Specialiter pro jure 12 tabb.
3. Specialiſſime pro omnibus juris ſcripti ſpeciebus, de quib. pag. ſeq. excepto prætorio, cui opponitur l. 7 de I. & I.
4. propriè pro jure civili in ſpecie quod à Romanis inventum & excogitatum eſt. hoc autem

1. definitur jus quod quisq; populus, ſeu quæque civitas (Scil. libera non provincialis, nam hæc eſt loco privatorum per l. 15. de V. S. qui contra ius publicum ſtatuta facere ſine conſenſu ſuperioris nequeunt l. 7 §. 4. l. 38. ff. de pact.) ipſa ſibi conſtituit §. 2. h. t. non ſolum inveniendo de novo, ſed etiam reformando ex jure naturali & gentium per l. 6. ff. de I. & I.

2. differt à jureg

1. origine: civile enim eſt à certo populo, gentium ex ratione naturali. §. 1. h. t.
2. uſu: hic namq; in civili eſt ad certum populum limitatus, in naturali vero per univerſum orbem diffuſus. d. §. 1.
3. duratione nam jus naturale

rationis eſt prorſus immutabile, & divina providentiâ inter omnes conſtitutum § pen h. t.

Ratiocinationis etiam quidē ſine ſocietatis humanæ naufragio tolli quoad fuit, ut Dd. loquuntur totaliter nequit, attamen cauſa, ratione & utilitate contraria ſuadente, mutari quoad ἕκαστα id eſt individua poteſt arg. §. 2. h. t.

Civile prorſus mutationi obnoxium eſt quia ſervit neceſſitati Reipubl. cui modo hoc, modò illud pro morum temporumq; diverſitate expedit d §. pen. Frivolè tamen mutandum non eſt l. in rebus 2. ff. de conſtit. princip.

1 dividitur. vide pag. ſeq.

Dividitur jus civile à formam

Scriptum, quod non eſt illud, quod in ſcripturam eſt redactum, ut innuere videtur. §. 3. h. t. Scriptura enim nō facit ad eſſentiam l §. 10. h. t. Sed tantum ad exiſtentiam, ut eo melius ad notitiam populi perveniat. l. 2. §. 4. de or. jur. Sed quod expreſſe præſcriptum & ſancitum eoq; fine ab eo qui poteſtatem habet conſtitutum eſt, ut illud omnes ſubdtti, tanquam vivendi normam ſequantur. l. 1. & 2. ff. de ll. Ejus ſpecies ſunt

...t. lex, quæ tamē vox notat

1. in genere quamvis conſtitutionem, qua juris inſtar utimur. & ſic idem cum jure ſcripto eſt.

2. juris ſcripti ſpeciem, nempe præceptum, quod populus Rom. in ſtatu Democratico, magiſtratu Senatorio, velut conſule, interrogante conſtituebat. in pr. §. 4. h. t.

2. Plebiſcitum, quod eodem ſtatu plebs plebeio magiſtratu, veluti tribuno interrogante, conſtituebat. Differt à lege. 1. cauſa efficiente, quia hoc plebs, id eſt, exceptis patritiis & Senatoribus reliqui cives Romani condebant, legem a. univerſus populus. 2. effectu, olim enim obligabat tantum plebem, donec tandem per Hortenſium dictatorem ob plebis varios tumultus, eadem vis, quam lex habet, ei tributa eſt. d. §. 4. h. t.

3. SCtum, quod mutato ſtatu Democratico in Ariſtocraticum, Senatus jubebat atque conſtituebat. § . 5. h. t.

4. Principum placitum ſeu cōſtitutio, quæ

eſt jus ſcriptum, quod olim mutato ſtatu Ariſtocratico in monarchicum ſummus Princeps ſeu imp. conſtituebat l. 2. §. 11. ff. de O. I. Ex lege enim regia, quicquid ei placebat (ſcil. cauſa & animo faciendi legem, alias ſecus l. 7. C. de ſent. & interl.) legis vigorem habebat. §. 6. h. t. dummodo eſſet ex ratione juris: per l. 1. ff. de I. & I. l. 7. C. de prec. imp. offer. Hodie Imp. noſter non niſi cum conſenſu ſtatuum imperij legem generalem facere poteſt. Sleid lib. 1.

dividitur

1. in

epiſtolam ſeu reſcriptum, quod eſt reſponſum Principis ad relationem magiſtratus, vel petitionem conſulentium emiſſum.

Decretum, quod princeps cauſâ cognitâ inter duos litigantes tulit.

edictum, quod princeps proprio motu, utilitatis & honeſtatis cauſa conſtituit. Et hoc ſolum eſt l. generalis. l. 3. C. de ll.

2. in

generalem, quæ omnes obligat.

ſpecialem, quæ perſonas nō egreditur, & dicitur privilegium: quando nempe alicui vel ex certa cauſa indulgetur quid, vel pœna exaſperatur, vel aliàs ſine exemplo ſubvenitur. d. §. 6. h. t.

5. Magiſtratuum edictum: quod dicitur jus honorarium, quia à magiſtratu honorem gerente proponitur, & quidem

principaliter à prætoribus. § 7. h. t.

minus principaliter ab ædilibus. eod.

6. Reſponſa prudentum, quæ ſunt ſententiæ & opiniones (non certi alicujus collegij) eorum, quibus de jure permiſſum erat reſpondere. Olim horum reſponſorum autoritas erat tanta, ut judici non liceret ab ijs recedere. §. 8. h. t. Sed Gordiani tempore cœpit vileſcere, poſtea à Iuſtin. planè videtur ſublata. l. 1. & 2. C. de vet. jur. enucl. unde concludimus, quod communes Dd. opiniones hodie tantum ſint probabiles, non autem, niſi legibus fundatæ aut uſu receptæ, juris neceſſitatem in ſe habeant. §. 6. de concept. ff. l. 13. C. de ſent. & inter loc. om. jud. unde & ſententia contra eas lata non eſt ipſo jure nulla. VVeſenb. ad h. §.

Non ſcriptum: Vide pag. ſeq.

*jus non ſcriptũ eſt conſvetudo, quæ eſt jus, quod longus uſus comprobavit, ſeu quod introductum eſt tacito populi conſenſu § 9. h.t. huius conſideranda,*

1. requiſita, quæ ſũt
   1. *ut ſit* rationbailis & non errore introducta; *ſecus enim integri eius actus naufragium patiuntur.* l. 39. ff. de ll. Nov. 134. c. 1. 8. c. uſus. d. 11.
   2. *ut ſit introducta per*
      - *juſtum tempus, ſeu certos annos.* — numerum utriusque ut l. non definitum, judici definiendum relinquo. arg. l. 1 ff de jur. de lib.
      - *actus nonnullos*
   3. *ut probetur: eſt enim facti, quare* regulariter *non præſumitur* c. X. de conſtit. in 6.
2. Effectus triplex
   1. *Secundum leges: nempe eas optimè interpretari.* l. 37. ff. de ll.
   2. *præter leges; nempe imitari in caſibus non deciſis* 11. §. n. 9.
   3. *contra leges: nempe* eas abrogare. l. 32. de ll.

## Lib. 1. tit. 3. De jure perſonarum.

1. *Sumitur hic non ſtrictè & proprie pro homine habente caput naturale & civile, ſed latè & impropriè, ut ſimul etiam competat ſervis, habentibus tantum caput naturale.* l. 22. ff. de R. I. lls 215. de V. S. *Quibus notatis facilè* hæc rubrica contra Hotom. defenditur.

*inter tria juris objecta primum meritò agit de perſonis:* §. fin. I. de I. n. g. c. *perſona autem dividitur vel ex jure*

- *gentium & ſic homines ſũt aut*
  - *liberi, qui ſunt quibus libertas competit. Eſt autem libertas* naturalis facultas *eius, quod cuiq; facere libet, niſi quid* VI *(id eſt ſuperiorum & latronum tyrannide, vel privatorum facto & injuriâ* l. 13. *ff.* qui teſt. fac. poſ.) aut jure (*ſeu legibus, quæ potius libertatem vagam reſtringunt & regunt, in delictis & in honeſtis, quam quicquam ei detrahunt.* l. 15. ff. de cond. inſtit.) *prohibeatur* §. 1. h. t.
    - *liberi* iterum ſunt: ingenui / libertini — de his pag. ſeq.
  - *Servi qui ſunt in ſervitute, de his nota,*
    1. *quod ſervitus ſit* conſtitutio (*id eſt res conſtituta*) jurisg. (*ratione ſcil. originis*) *quâ quis dominio alieno* (*ſemper n. ſervus & dominus ſe invicem ut relata reſpiciunt,* & alter ſine altero eſſe nequit) contra naturam (reſpectu ſcil. effectuum, *qui olim erant recepti,* de quibus 1. tit. 8. *non ratione cauſæ, quia ratio dictat ut victi victoribus cedant.* §. 8. j. de R. D.) *conjicitur.* §. 2. h. t.
    2. *quod ſunt dicti ex eo, quod ab Impp. captivi non occidebantur, ſed venditi ſervabantur. mancipia etiam dicebantur, quia hoſtium manu capiebantur.* §. 3. h. t.
    3. *quod aut naſcantur ex ancillis noſtris, licet pater liber ſit* l. 5. in pr. & §. 1. de ſtat. hom. *& dicuntur Vernæ* l. Titiæ 36. de leg. 2.
       *aut fiant vel jure*
       - *gentium, ex captivitate* §. 4. h. t.
       - *civili, cum maior* 20. *annis, ad* precium participandum l. 2. ff. ſi ingen. eſſ. dic. *ſe venundari paſſus eſt.* d. §. 4.
    4. *quod in eorum cõditione* (ſcil. quod ſtatum *ſecus quo* efficia) *nulla ſit differentia* §. fin. h. t.

    *Hodiè captivi non fiunt ſervi, niſi bellum geratur cũ hoſte fidei Chriſtianæ, ut notat* Alciat. ad l: hoſtes de V.S. *Sed* λύτρον *pro ſuis captivis exſolvunt: imo* Corn. Tacit. *ſcribit, quod Germania noſtra veros ſervos nunquam habuerit. Neq; tamen prorſus inutilis hæc eſt materia, quia ſervilis conditionis, quaſi imagines & ſimilitudines quædam, in hominibus proprijs,* in den Leibeignen Leuten/ *alicubi tamen loco maniſeſtiores quam alio ſunt. Nonnulli etiam interpp. ſolent adcommodare hanc materiam ad Monachos qui in quibusdam effectibus non abſimiles ſunt ſervis. Alij etiam contendunt, bannitos atq; proſcriptos imperii* (Des H. Römiſchen Reichs ächter/) *ſervis adſimulari.* Gylm. ad §. 2. h. t.

- *Civili.* 1. *tit.* 8.

Ingenui ſūt qui ipſa ſtatim nativitate liberi ſunt in pr. h. t. ſive tales

- ſemper maneant, nati ſcil. matre libera: quā etiā ob favorem libertatis, non efficit ſervam factam, ſi modo tempore, quo concepit, vel quo peperit vel intermedio l. 5. §. 2. ff. de ſtat. hom. ingenua vel libertina fuit: Nec attenditur, an pater ingenuus, an libertinus, an ſervus, an incertus ſit d. h. pr. n.
- redigātur in ſervitutem erroneam non juſtam, id eſt, licet ſerviant, non tamen ſervi fiant, poſteaque manumittantur, tamen ingenui ſunt, quia natalibus, (id eſt ſtatui ingenuitatis, quo quis natus eſt) nunquam officit manumiſſio. §. un. h. t. l. ult. C. ubi cauſ. ſtat.

## Tit. 5. De libertinis.

libertini (ſeu potius libertini: nam hi propriè ſunt manumiſſi, libertini a. eorum liberi. l. 16. in pr & §. 1. ff de alim. leg. Sed differentia hæc in legibus non eſt perpetua. arg. pr. h. t.) ſunt qui ex juſta ſervitute ſunt manumiſſi. Manumiſſio autem

- 1. eſt de manu (id eſt, poteſtate dominica) miſſio id eſt, libertatis datio á Domino volente, huius namq; voluntas eſt cauſa efficiens libertinitatis. j. t. t. de l. Fuſ. Can.
- 2. habet originem ex jureg. ratiocinationis. d. pr. n.
- 3. fit et expeditur.
  - certis modis ceu formis. §. 1. h. t. ut
    - 1. in Eccleſia, aſpiciente populo, aſſiſtentibus antiſtitibus, & interveniente qualicunq; ſcripturâ vice actorum t. t. C. de his qui in Eccl. man.
    - 2. vindictâ, id eſt, cauſâ cognitâ coram prætore. Eſt n. vindicta virgula, quâ lictor præſente prætore caput ſervi percutiebat, additis verbis, Liber eſto jure Quiritium t. t. de manu: vindic.
    - 3. inter amicos, adhibitis quinq; teſtib. l. un. §. 2. C. de Lat. lib. tol.
    - 4. per epiſtolam, accedente eodem teſtium numero. d. l. un. §. 1.
    - 5. teſtamento vel qualibet ultima voluntate. §. 1. h. t.
    - 6. alijs multis locis qui videri poſſunt d. l. un. & t. t. quib. ex cauſ. ſerv. pro præm.
  - Sine temporis & loci obſervatione: poteſt enim feſto & profeſto & nefaſto die fieri l. 7. de man. vind. item apud magiſtratum pro tribunali, aut in tranſitu, aut alio loco. §. 2. h. t. quia actus eſt voluntariæ juriſdictionis: VVeſ. ad h. §.
- effectus eſt ut ſervi fiant liberti. & quidem
  - primis urbis Romæ cunabulis unius generis, id eſt, cives Romani. §. fin. h. t. ibi, quia et.
  - poſtea triplices.
    - cives Romani, qui meliorem ſtatum habebant. Caj. lib. 1. inſt. 1.
    - Latini ex l. Iul. Norbana, qui medio erāt ſtatu. Caj. d. l.
    - dedititij, qui infima & miſera erant conditione. Caj. d. l.
  - Hodiè ex Iuſtin. conſtitutione omnes iterū ingenui ſunt & ingenuorū jure fruuntur, ſalvo tamē jure patronatus, id eſt, officiis & obſequiis, quæ liberti patronis ſeu manumiſſoribus ſuis debēt. d. §. fin. Nov. 78.
- contraria vide pag. ſeq.

*Contraria manumiſsionis ſunt duæ ll. ob quas non* cuicunq; volenti *manumittere licet.* in pr. h. t. *Earum*

*1. eſt l. Ælia ſentia à Sexto Ælio & Cajo Sentio Coss. lata. qua manumittere probibetur*

*debitor non ſolvẽdo exiſtens, ſecus faciens & in fraudẽ creditorum manumittens, nihil agit* d. h. pr. *ſeu* ipſo jure manumiſsio nulla eſt. c. quæ contra de R. I. in *6. reſpectu ſcil. creditorum,* l. 18 ff. qui & á quib. man. *non manumittentis* l. 5. C. de ſerv. pig. dat. *hic notãda*

*1. exceptio, quod liceat eadem l. domino non ſolvendo ad evitandam ignominiam, quæ olim per venditionem bonorum ſub haſta per præconem debitoribus inurebatur, inſtituere unum ſervum hæredem, ſive eum libertate,* § 1. h. t. ſive ſine libertate *inſtituerit* § 2. eod. *qui & liber erit, & domino hæres neceſſarius, ſi modo alius ex teſtamento hæres nonextiterit.* d. § 1.

*2. ut in fraudem manumiſsio facta dicatur,* præciſè *requiruntur* ex § 3. h. t.

1. conſilium ſeu animus defraudandi creditores per manumiſsionem

*2. eventus, ut bona reverâ creditorib ſolvendis non ſufficiant.*

*minor 20. annis, qui ex jure*

*antiquo manumittere non potuit, niſi probata fuerit concilio (erat conſeſſus certorum virorum certis diebus coëuntium) cauſa juſta* § 4. h. t. *quales ſunt, ſi quis* patrem, matrem, *filium filiamve, aut fratres ſororeſq; naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum alumnamve, aut collactaneum manumittat, aut ancillam matrimonij intra 6. menſes habendi cauſa, aut ſervum,* non minorem 15 annis *procuratoris habendi gratia.* § 5. h. t. *ſcil.* ad litem ſeu judicia. *Nam ejus ætatis hominem de jure civili talem procuratorem eſſe poſſe patet ex* l. 33. in pr. ff. de procur. l. 7. in fin. & l. ſeq. ff. de inſtit. act. & aliis locis. *Secus de jure can.* c. generaliter in fin. X. de procur. *Et hoc in praxi ſervari dicunt. Illud etiam hic ſpeciale ob favorem libertatis* t. t. C. ſi adverſ. libert *eſt, quod ſemel cauſa adprobata, ſive vera ſive* falſa *ſit, non retractetur.* § 5. h. t.

*novo cum*

*inſtitutionum; quo minor 17. annorum* teſtamento *manumittere poteſt.* § fin. h. t.

*Novellarum, quo poteſt* major 14. annis. Nov. 119. c. 1.

tit. 7. De Lege Fuſia Caninia tollenda.

*2. Lex* Fuſia *Caninia lata à Publio Fuſio Camillo, & Cajo* Caninio *Coſſ. tempore Auguſti* l. 2. de O. j. *quæ certum modum ſervorum manumittendorum præſcripſit, ut videre licet.* apud Vlp. in fragm. § pen. de libert. caj. 1. inſt. t. 2. *Sine dubio ideo, ne liberaliores in morte quam vita Domini exiſtentes, complerent civitates libertis, hominibus ſordidioribus.* Gylm. h. t. ex Sueton. in vit. Aug. c. 40. *Sed Iuſtinianus* l. un. c, h. t. *prorſus ſuſtulit ob favorem & libertatis,* l. libertas de R. I. *& ultimæ voluntatis, quæ impediri non debet.* l. 1. C. de ſſ. Eccleſ.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75743441X/phys_0015 DFG

Secunda perſonarũ diviſio ex jure civili eſt, quâ quædam ſunt

- ſui juris, quæ ſcil. non ſunt alieni. in fin.pr. h.t.
- alieni, quæ ſũt in poteſtate
  - dominorum: ut ſervi: Ea poteſtas eſt ex jure
    - gentiũ ratione
      - originis §. 1. h.t.
      - effectuum non limitatorum ut quod
        - domini eandem in eos poteſtatem, quã in pecudes, l.2.ff. ad l. Aquil. & ſic jus vitæ ac necis habeãt. d. § 1.
        - quicquid adquirunt domino (qualis qualis ille ſit) adquirãt. d. § 1.
    - Civili quoad effectus primi limitationem, ex hoc enim jure, & quidem D. Antonini conſtitutione (quam ad Ælium Martianum ſcripſit, cum ſervi ad ſtatuam Principum, vel ædes ſacras, quas etiamnum inter Chriſtianos pro aſylis haberi poſſe Dd. colligunt ex l.2.C. qui ad Eccleſ. confug. dummodo non pateant injuriam facientibus ſed paſſis Nov.17.c.7. confugiſſent.) quâ ſancitum, ut proprium ſervum ſine cauſâ ll. cognitâ occidens, lege Cornelia de Sicarijs teneatur. l.1.§.2.ff. ad l. Corn. de Sic. aſperius tractans & infami injuria adficiens juſto precio eum divendere cogatur. §. fin. h.t.

## Tit. 9. De Patria poteſtate.

  - patri (ſic dicta, quia tantum patribus cõvenit. §. fœminæ 1. de adopt) quæ
    - 1. eſt jus quod pater habet in ſuos liberos juſtos & legitimos. in pr.h.t. ſive illi ſint.
      - primi gradus, ut filij filiæ, in pr. §. fin. h.t.
      - ulterioris ut nepotes neptes, inter quos tamen diſtinguitur. Aut n. ſunt ex
        - filiofam. & ſine dubio ſunt in avi paterni poteſtate. Quia filius (illorum pater) ipſe eſt in poteſtate. Ergo alios in ſua habere nequit. l.21.ff, ad l. Iul. de adult.
        - filiæ, & non ſunt in poteſtate avi paterni, ſed in poteſtate patris ſui d, §. fin. filia enim patri filium non parit, unde & dicitur fæmina familiæ principium & finis, finis ex qua ducitur, principium ejus in quam adſumitur, l. 195. in fin. de V. S.
    - 2. propter inſignes ſuos effectus, qui in jure noſtro paſſim obvij, eſt propria civium Romanorum. Quamvis & reliquæ gentes aliquam in ſuos liberos poteſtatem habeant, ſed non Talem. §. 2. h.t.
    - 3. conſtituitur tribus modis
      - 1. juſtis nuptiis. de quibus pag. ſeq.
      - 2. legitimatione. de qua §. fin. tit. 10. ſeq.
      - 3. adoptione. de qua tit. 11.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75743441X/phys_0017
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75743441X/phys_0018
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75743441X/phys_0019
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75743441X/phys_0020
DFG

# CLA[…]S IVRIS JVS[…]IANEI

## DISQVIS[…] III.

Qu[…]

Annuente D[…]ne

*Ex Conſenſu […]ate*

*Nobiliſſimi ampliſſim[…]onſultorum in alma Viad[…]is,*

PR[…]

JOHANNE […]SLERO

*Nobiliſſimis, præſtanti[…] Dominis Collegis privatim diſcu[…]nit*

HENRICU[…]SELIN

Roſtoc[…]

*Die* 22. *Decembr.* […]C. XV.

Loco, h[…]

Typis JOANN[…]HORN.